

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. IX.

Inhalt: 74. Encyclica Pontif. de studiis scripturae sacrae. — 75. Quaestiones pro conferentiis pastoralibus 1894. — 76. Anstellung des Todtengräbers auf katholischen Friedhöfen. — 77. Zu den Ehecertificaten ungarischer Staatsbürger. — 78. Verteidiger des Ehebandes. — 79. Concurs-Verlautbarung. — 80. Chronik der Diöcese.

1893.

74.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus Archiepiscopis et Episcopis Universis
Catholici orbis

Gratiam et Communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Providentissimus Deus, qui humanum genus admirabili caritatis consilio, ad consortium naturae divinae principio evexit, dein a communi labe exitioque eductum, in pristinam dignitatem restituit, hoc eidem propterea contulit singulare praesidium, ut arcana divinitatis, sapientiae, misericordiae suae supernaturali via patefaceret. Licet enim in divina revelatione res quoque comprehendantur quae humanae rationi inaccessae non sunt, ideo hominibus revelatae, *ut ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint, non hac tamen de causa revelatio absolute necessaria dicenda est, sed quia Deus ex infinita bonitate sua ordinavit hominem ad finem supernaturalem.*¹⁾ Quae supernaturalis revelatio, secundum universalis Ecclesiae fidem, continetur tum in sine scripto traditionibus, tum etiam in libris scriptis, qui appellantur sacri et canonici, eo quod Spiritu Sancto inspirante conscripti, Deum habent auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiae traditi

¹⁾ Conc. Vat. sess. III, cap. II, de revel.

*sunt.*¹⁾ Hoc sane de utriusque Testamenti libris perpetuo tenuit palamque professa est Ecclesia: eaque cognita sunt gravissima veterum documenta, quibus enuntiatur, Deum, prius per prophetas, deinde per seipsum, postea per apostolos locutum, etiam Scripturam condidisse, quae canonica nominatur²⁾, eandemque esse oracula et eloquia divina³⁾, litteras esse, humano generi longe a patria peregrinanti a Patre caelesti datas et per auctores sacros transmissas⁴⁾. Iam, tanta quum sit praestantia et dignitas Scripturarum, ut Deo ipso auctore confectae, altissima eiusdem mysteria, consilia, opera complectantur, illud consequitur, eam quoque partem sacrae theologiae, quae in eisdem divinis Libris tuendis interpretandisque versatur, excellentiae et utilitatis esse quam ma-

¹⁾ Ibid.

²⁾ S. Aug. de civ. Dei XI, 3.

³⁾ S. Clem. Rom. I ad Cor. 45; S. Polycarp. ad Phil. 7; S. Iren. c. haer. II, 28, 2.

⁴⁾ S. Chrys. in Gen. hom. 2, 2; S. Aug. in Ps. XXX, serm. 2, 1; S. Greg. M. ad Theod. ep. IV, 31.

ximae. — Nos igitur, quemadmodum alia quaedam disciplinarum genera, quippe quae ad incrementa divinae gloriae humanaeque salutis valere plurimum posse viderentur, crebris epistolis et cohortationibus provehenda, non sine fructu, Deo adiutore, curavimus, ita nobilissimum hoc sacrarum Litterarum studium excitare et commendare, atque etiam ad temporum necessitates congruentius dirigere iamdiu apud Nos cogitamus. Movemur nempe ac prope impellimur sollicitudine Apostolici muneris, non modo ut hunc praeclarum catholicae revelationis fontem tutius atque uberius ad utilitatem dominici gregis patere velimus, verum etiam ut eundem ne patiamur ulla in parte violari, ab iis qui in Scripturam sanctam, sive impio ausu invehuntur aperte, sive nova quaedam fallaciter imprudenterve moliantur. — Non sumus equidem nescii, Venerabiles Fratres, haud paucos esse e catholicis, viros ingenio doctrinisque abundantes, qui ferantur alacres ad divinorum Librorum vel defensionem agendam vel cognitionem et intelligentiam parandam ampliorem. At vero, qui eorum operam atque fructus merito collaudamus, facere tamen non possumus quin ceteros etiam, quorum sollertia et doctrina et pietas optime hac in re pollicentur, ad eandem sancti propositi laudem vehementer hortemur. Optamus nimirum et cupimus, ut plures patrocinium divinarum Litterarum rite suscipiant tenantque constanter; utque illi potissime, quos divina gratia in sacrum ordinem vocavit, maiorem in dies diligentiam industriamque iisdem legendis, meditandis, explanandis, quod aequissimum est, impendant.

Hoc enimvero studium cur tantopere commendandum videatur, praeter ipsius praestantiam atque obsequium verbo Dei debitum, praecipua causa inest in multiplici utilitatum genere, quas inde novimus manaturas, sponsore certissimo Spiritu Sancto: *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* ¹⁾

Tali sane consilio Scripturas a Deo esse datas hominibus, exempla ostendunt Christi Domini et

Apostolorum. Ipse enim qui „miraculis conciliavit auctoritatem, auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem ¹⁾“, ad sacras Litteras, in divinae suae legationis munere, appellare consuevit: nam per occasionem ex ipsis etiam sese a Deo missum Deumque declarat: ex ipsis argumenta petit ad discipulos erudiendos, ad doctrinam confirmandam suam; earundem testimonia et a calumniis vindicat obtrectantium, et Sadducaeis ac Pharisaeis ad coarguendum opponit, in ipsumque Satanam, impudentius sollicitantem, retorquet; easdemque sub ipsum vitae exitum usurpavit, explanavit discipulis redivivus, usque dum ad Patris gloriam ascendit. — Eius autem voce praeceptisque Apostoli conformati, tametsi dabat ipse *signa et prodigia fieri per manus eorum*, ²⁾ magnam tamen efficacitatem ex divinis traxerunt Libris, ut christianam sapientiam late gentibus persuaderent, ut Judaeorum pervicaciam frangerent, ut haereses comprimerent erumpentes. Id apertum ex ipsorum concionibus, in primis Beati Petri, quas, in argumentum firmissimum praescriptionis novae, dictis veteris Testamenti fere contexuerunt; idque ipsum patet ex Matthaei et Joannis Evangeliiis atque ex Catholicis, quae vocantur, epistolis; luculentissime vero ex eius testimonio qui „ad pedes Gamalielis Legem Moysi et Prophetas se didicisse gloriatur, ut armatus spiritualibus telis postea diceret confidenter: *Arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo.* ³⁾“ — Per exempla igitur Christi Domini et Apostolorum omnes intelligant, tirones praesertim militiae sacrae, quanti faciendae sint divinae Litterae, et quo ipsi studio qua religione ad idem veluti armamentarium accedere debeant. Nam catholicae veritatis doctrinam qui habeant apud doctos vel indoctos tractandam, nulla uspiam de Deo, summo et perfectissimo bono, deque operibus gloriam caritatemque ipsius prodentibus, suppetet eis vel cumulator copia vel amplior praedicatio. De Servatore autem humani generis nihil uberius expressiusve quam ea, quae in universo

¹⁾ S. Aug. de util. cred. XIV, 32.

²⁾ Act. XIV, 3.

³⁾ S. Hier. de studio Script. ad Paulin. ep. LIII, 3.

¹⁾ II Tim. III, 16—17.

habentur Bibliorum contextu; recteque affirmavit Hieronymus, „ignorationem Scripturarum esse ignorationem Christi“¹⁾: ab illis nimirum extat, veluti viva et spirans, imago eius, ex qua levatio malorum, cohortatio virtutum, amoris divini invitatio mirifice prorsus diffunditur. Ad Ecclesiam vero quod attinet, institutio, natura, munera, charismata eius tam crebra ibidem mentione occurrunt, tam multa pro ea tamque firma prompta sunt argumenta, idem ut Hieronymus verissime edixerit: „Qui sacrarum Scripturarum testimoniis roboratus est, is est propugnaculum Ecclesiae.“²⁾ Quod si de vitae morumque conformatione et disciplina quaeratur, larga indidem et optima subsidia habituri sunt viri apostolici: plena sanctitatis praescripta, suavitate et vi condita hortamenta, exempla in omni virtutum genere insignia; gravissima accedit, ipsius Dei nomine et verbis, praemiorum in aeternitatem promissio, denunciatio poenarum.

Atque haec propria et singularis Scripturarum virtus, a divino afflatu Spiritus Sancti profecta, ea est qua oratori sacro auctoritatem addit, apostolicam praebet dicendi libertatem, nervosam victricemque tribuit eloquentiam. Quisquis enim divini verbi spiritum et robur eloquendo refert, ille, *non loquitur in sermone tantum, sed et in virtute et in spiritu Sancto et in plenitudine multa.*³⁾ Quamobrem ii dicendi sunt praepostere improvideque facere, qui ita conciones de religione habent et praecepta divina enuntiant, nihil ut fere afferant nisi humanae scientiae et prudentiae verba, suis magis argumentis quam divinis innixi. Istorum scilicet orationem, quantumvis nitentem luminibus, languescere et frigere necesse est, utpote quae igne careat sermonis Dei,⁴⁾ eademque longe abesse ab illa, qua divinus sermo pollet virtute: *Vivus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus.*⁵⁾ Quamquam, hoc etiam pru-

dentioribus assentiendum est, inesse in sacris Litteris mire variam et uberem magnisque dignam rebus eloquentiam: id quod Augustinus pervidit disertequae arguit,¹⁾ atque res ipsa confirmat praestantissimorum in oratoribus sacris, qui nomen suum assiduae Bibliorum consuetudini piaeque meditationi se praecipue debere, grati Deo affirmarunt.

Quae omnia Ss. Patres cognitione et usu quum exploratissima haberent, nunquam cessarunt in divinis Litteris earumque fructibus collaudandis. Eas enimvero crebris locis appellant vel thesaurum locupletissimum doctrinarum caelestium,²⁾ vel perennes fontes salutis,³⁾ vel ita proponunt quasi prata fertilia et amoenissimos hortos, in quibus grex dominicus admirabili modo reficiatur et delectetur.⁴⁾ Apte cadunt illa S. Hieronymi ad Nepotianum clericum: „Divinas Scripturas saepius lege, imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur; disce quod doceas . . . sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit“⁵⁾; convenitque sententia S. Gregorii Magni, quo nemo sapientius pastorum Ecclesiae descripsit munera: „Necesse est, inquit, ut qui ad officium praedicationis excubant, a sacrae lectionis studio non recedant.“⁶⁾ — Hic tamen libet Augustinum admonentem inducere, „Verbi Dei inanem esse forinsecus praedicatorem, qui non sit intus auditor,“⁷⁾ eumque ipsum Gregorium sacris concionatoribus praecipientem, „ut in divinis sermonibus, priusquam aliis eos proferant, semetipsos requirant, ne insequentes aliorum facta se deserant.“⁸⁾ Sed hoc iam, ab exemplo et documento Christi, qui *coepit facere et docere*, vox apostolica late praemonuerat, non unum allocuta Timotheum, sed omnem clericorum ordinem, eo mandato: *Attende tibi et doctrinae, insta in illis; hoc enim faciens, et teipsum salvum*

¹⁾ *De doctr. chr.* IV. 6, 7.

²⁾ S. Chrys. *in Gen. hom.* 21, 2; *hom.* 60, 3; S. Aug. *de discipl. chr.* 2.

³⁾ S. Athan. *ep. fest.* 39.

⁴⁾ S. Aug. *serm.* 26, 24; S. Ambr. *in Ps.* CXVIII, *serm.* 19, 2.

⁵⁾ Hier. *de vit. cleric.* ad Nepot.

⁶⁾ S. Greg. M., *Regul. past.* II, 11 (*al.* 22); *Moral.* XVIII, 26 (*al.* 14)

⁷⁾ S. Aug. *serm.* 179, 1.

⁸⁾ S. Greg. M., *Regul. past.* III, 24 (*al.* 46).

¹⁾ *In Is. Prol.*

²⁾ *In Is.* LIV, 12.

³⁾ I. Thess. I, 5.

⁴⁾ Ierem. XXIII, 29.

⁵⁾ Hebr. IV, 12.

facies, et eos, qui te audiunt. ¹⁾ Salutis profecto perfectionisque et propriae et alienae eximia in sacris Litteris praesto sunt adiumenta, copiosius in Psalmis celebrata: iis tamen, qui ad divina eloquia, non solum mentem afferant docilem atque attentam, sed integrae quoque piaequae habitum voluntatis. Neque enim eorum ratio librorum similis atque communium putanda est: sed, quoniam sunt ab ipso Spiritu Sancto dictati, resque gravissimas continent multisque partibus reconditas et difficiliore, ad illas propterea intelligendas exponendasque semper per eiusdem Spiritus „indigemus adventu“ ²⁾, hoc est lumine et gratia eius: quae sane, ut divini Psaltes frequenter instat auctoritas, humili sunt precatione imploranda, sanctimonia vitae custodienda.

Praeclare igitur ex his providentia excellit Ecclesiae, quae *ne caelestis ille sacrorum Librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceret*³⁾, optimis semper et institutis et legibus cavit. Ipsa enim constituit, non solum magnam eorum partem ab omnibus suis ministris in quotidiano sacrae psalmodiae officio legendam esse et mente pia considerandam, sed eorundem expositionem et interpretationem in ecclesiis cathedralibus, in monasteriis, in conventibus aliorum regularium, in quibus studia commode vigere possint, per idoneos viros esse tradendam: diebus autem saltem dominicis et festis solemnibus fideles salutaribus Evangelii verbis pasci, restricte iussit⁴⁾. Item prudentiae debetur diligentiaeque Ecclesiae cultus ille Scripturae sacrae per aetatem omnem vividus et plurimae ferax utilitatis. — In quo, etiam ad firmanda documenta hortationesque Nostras, iuvat commemorare quemadmodum a religionis christianae initiis, quotquot sanetitate vitae rerumque divinarum scientia floruerunt, ii sacris in Litteris multi semper assiduique fuerint. Proximos Apostolorum discipulos, in quibus Clementem Roma-

num, Ignatium Antiochenum, Polycarpum, tum Apologetas, nominatim Iustinum et Irenaeum, videmus epistolis et libris suis, sive ad tutelam sive ad commendationem pertinerent catholicorum dogmatum, e divinis maxime Litteris fidem, robur, gratiam omnem pietatis arcessere. Scholis autem catecheticis ac theologicis in multis sedibus episcoporum exortis. Alexandria et Antiochena celeberrimis, quae in eis habebatur institutio, non alia prope re, nisi lectione, explicatione, defensione divini verbi scripti continebatur. Inde plerique prodierunt Patres et scriptores, quorum operosis studiis egregiisque libris consecuta tria circiter saecula ita abundarunt, ut aetas biblicae exegeseos aurea iure ea sit appellata. — Inter orientales principem locum tenet Origenes, celeritate ingenii et laborum constantia admirabilis, cuius ex plurimis scriptis et immenso Hexaplorum opere deinceps fere omnes hauserunt. Adnumerandi plures, qui huius disciplinae fines amplificarunt: ita, inter excellentiores tulit Alexandria Clementem, Cyrillum; Palaestina Eusebium, Cyrillum alterum; Cappadocia Basilium Magnum, utrumque Gregorium, Nazianzenum et Nyssenum; Antiochia Ioannem illum Chrysostomum, in quo huius peritia doctrinae cum summa eloquentia certavit. Neque id praeclare minus apud occidentales. In multis qui se admodum probavere, clara Tertulliani et Cypriani nomina, Hilarii et Ambrosii, Leonis et Gregorii Magnorum; clarissima Augustini et Hieronymi: quorum alter mire acutus extitit in perspicienda divini verbi sententia, uberriusque in ea deducenda ad auxilia catholicae veritatis, alter a singulari Bibliorum scientia magnisque ad eorum usum laboribus, nomine Doctoris maximi praeconio Ecclesiae est honestatus. — Ex eo tempore ad undecimum usque saeculum, quamquam huiusmodi contentio studiorum non pari atque antea ardore ac fructu viguit, viguit tamen, operâ praesertim hominum sacri ordinis. Curaverunt enim, aut quae veteres in hac re fructuosiora reliquissent deligere, eaque apte digesta de suisque aucta pervulgare, ut ab Isidoro Hispalensi, Beda, Alcuino factum est in primis;

¹⁾ I. Tim. IV. 16.

²⁾ S. Hier. in *Mich.* 1. 10.

³⁾ Conc. Trid. sess. V, *decret. de reform.* 1.

⁴⁾ *Ibid.* 1—2.

aut sacros codices illustrare glossis, ut Valafridus Strabo et Anselmus Laudunensis, aut eorumdem integritati novis curis consulere, ut Petrus Damianus et Lanfrancus fecerunt. — Saeculo autem duodecimo allegoricam Scripturae enarrationem bona cum laude plerique tractarunt: in eo genere S. Bernardus ceteris facile antecessit, cuius etiam sermones nihil prope nisi divinas Litteras sapiunt. — Sed nova et laetiora incrementa ex disciplina accessere *Scholasticorum*. Qui, etsi in germanam versionis latinae lectionem studuerunt inquirere, confectaue ab ipsis *Correctoria biblica* id plane testantur, plus tamen studii industriaeque in interpretatione et explanatione collocaverunt. Composite enim dilucideque, nihil ut melius antea, sacrorum verborum sensus varii distincti: cuiusque pondus in re theologica perpensum; definitae librorum partes, argumenta partium; investigata scriptorum proposita; explicata sententiarum inter ipsas necessitudo et connexio; quibus ex rebus nemo

unus non videt quantum sit luminis obscurioribus locis admotum. Ipsorum praeterea de Scripturis lectam doctrinae copiam admodum produnt, tum de theologia libri, tum in easdem commentaria; quo etiam nomine Thomas Aquinas inter eos habuit palmam. — Postquam vero Clemens V decessor Noster Athenaeum in Urbe et celeberrimas quasque studiorum Universitates litterarum orientalium magisteriis auxit, exquisitius homines nostri in nativo Bibliorum codice et in exemplari latino elaborare coeperunt. Reveeta deinde ad nos eruditione Graecorum, multoque magis arte nova libraria feliciter inventa, cultus Scripturae sanctae latissime accrevit. Mirandum est enim quam brevi aetatis spatio multiplicata praelo sacra exemplaria, *vulgata* praecipue, catholicum orbem quasi compleverint: adeo per id ipsum tempus, contra quam Ecclesiae hostes calumniantur, in honore et amore erant divina volumina.

(Continuatio.)

75.

Quaestiones pro conferentiis pastoralibus 1894.

I.

1. Quid est correctio fraterna? Quando obligat et quomodo exercenda est? Quae imprimis parochorum, aliorumque, qui in cura animarum constituti sunt, obligatio quoad correctionem fraternam?

2. Quid est confraternitas? et quomodo distinguitur ab archiconfraternitate? Quae sunt leges pro canonica confraternitatum erectione? quae pro valida in confraternitates susceptione? quae de legitima confraternitatum directione?

II.

1. Caja conjugata peccavit cum viro suae sororis. Hinc pro Caja petitur dispensatio ad petendum debitum conjugale.

Quaeritur: Quando, et sub quibus conditionibus amittitur jus petendi? Quid de casu?

2. Fiat brevis expositio Joan. cap. 17., cum applicationibus practicis, praesertim ad nos sacerdotes.

(Optime juvare poterit egregium opus, scriptum a Keppler, cui titulus: „Unserer Herrn Trost“. Herder, Freiburg.)

Anstellung des Todtengräbers auf katholischen Friedhöfen.

Der k. k. Verwaltungsgerichtshof hat unter dem Vorſitze des k. k. Senatspräsidenten Dr. Freiherrn von Lemayer, in Gegenwart der Räte des k. k. Verwaltungsgerichtshofes, k. k. Senatspräsidenten von Stranſky, k. k. Hofräthe Ritter von Henniſch, Pragmarer und Freiherrn von Giovanelli, dann des Schriftführers k. k. Rathſſecretärs-Adjuncten Ritter v. Tuſtanowſki, über die Beſchwerde des Pfarrers N. N. in N. gegen die Entſcheidung des k. k. Miniſteriums für Cultus und Unterricht vom 20. Jänner 1892, Z. 19.852 ex 1891, betreffend die Anſtellung und Entlaſſung des Todtengräbers durch die Kirchenvermögens-Verwaltung nach der am 1. März 1893 durchgeführten öffentlichen mündlichen Verhandlung und zwar nach Anhörung des Vortrages des Reſerenten, ſowie der Ausführungen des Dr. Victor von Fuchs, Hof- und Gerichtsadvocaten in Wien, als Vertreters der Beſchwerde, dann der Gegenauſführungen des k. k. Miniſterial-Concipiſten Dr. Freiherrn von Schwind in Vertretung des belangten k. k. Miniſteriums für Cultus und Unterricht, zu Recht erkannt:

Die Beſchwerde wird als unbegründet abgewieſen.

Entſcheidungsgründe: Die Beſchwerde richtet ſich dagegen, daß mit der angefochtenen Entſcheidung das Recht zur Anſtellung und Entlaſſung des Todtengräbers beim katholischen Friedhofe in N. der Kirchenvermögens-Verwaltung zuerkannt wurde, während dieſes Recht von dem Pfarrer für ſich allein in Anſpruch genommen wird.

Der Verwaltungsgerichtshof war nicht in der Lage, dieſen Anſpruch im Geſetze als begründet zu erkennen, und zwar aus nachſtehenden Erwägungen:

Es iſt unbeſtritten, daß dem Friedhofe in N. der confeſſionelle Charakter zukömmt, und durch den

Grundbuchſtand dargethan iſt, daß derſelbe ein Eigenthum der katholischen Kirchengemeinde bildet.

Mit Rückſicht auf dieſen confeſſionellen Charakter des Friedhofes kommt dem Pfarrer als Kirchenvorſteher allein das Dispoſitionsrecht in allen jenen Angelegenheiten zu, bei welchen es ſich um rein kirchliche Acte handelt.

Der fragliche Friedhof, welcher ein grundbücherliches Eigenthum der katholischen Kirchengemeinde in N. bildet, iſt nun zwar eine zu kirchlichen Zwecken gewidmete Sache, zugleich aber auch ein Vermögensobject dieſer Kirchengemeinde, bei welchem die Vermögensverwaltung im Grunde der §§ 41 und 42 des Geſetzes vom 7. Mai 1874, R.-G.-Bl. Nr. 50, nicht von dem Pfarrvorſteher allein zu beſorgen iſt.

Die Obliegenheiten des Todtengräbers haben die Benützung des Friedhofes zum Gegenſtande; die Beſtellung oder Entlaſſung des Todtengräbers, — deſſen Thätigkeit als ſolche gewiß nicht als kirchliche Handlung bezeichnet werden kann, — ſtellt ſich als ein Act in Abſicht auf die Benützung des Friedhofes dar, und muß daher als ein Vermögens-Verwaltungsact bezeichnet werden, zumal mit der Function des Todtengräbers auch die Frage der hiefür aus kirchlichen Mitteln zu leiſtenden Entlohnung im Zusammenhange ſteht.

Hiernach ſteht der mit der angefochtenen Entſcheidung erfolgte Ausſpruch, daß die Kirchenvermögens-Verwaltung zur Beſtellung und Entlaſſung des Todtengräbers in N. berufen ſei, mit den Beſtimmungen der §§ 41 und 42 des Geſetzes vom 7. Mai 1874, R.-G.-Bl. Nr. 50, in Einklang, und wurde die Beſchwerde, welche dieſes Recht für den Pfarrvorſteher allein in Anſpruch nimmt, als unbegründet abgewieſen.

Zu den Certificaten ungarischer Staatsbürger.

Laut Mittheilung der k. k. n.-ö. Statthalterei vom 10. Auguſt 1893, Z. 53.390 an das f.=e. Ordi-

nariat in Wien hat das hohe k. k. Miniſterium des Innern nach gepflogener Einvernahme mit dem hohen

k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht mit Erlaß vom 26. Juli 1893, Z. 4647 eröffnet, daß, wenn einem ehemaligen ungarischen Staatsangehörigen die erbetene Ausstellung des Zeugnisses über seine persönliche Fähigkeit zur Eingehung einer gültigen Ehe seitens des königlich ungarischen Ministeriums für Cultus und Unterricht lediglich aus dem Grunde verweigert wurde, weil der Betreffende die ungarische Staatsbürgerschaft gemäß § 31, beziehungsweise 32 des Gesezartikels L vom Jahre 1879 verloren hat oder wenn seitens des königlich ungarischen Ministeriums des Innern die Anerkennung der ungarischen Staatsbürgerschaft aus dem obangeführten Grunde bereits endgültig abgelehnt wurde, von demselben selbstverständlich die Beibringung des nur für ungarische Staatsangehörige vorgeschriebenen Ehefähigkeitszeugnisses der competenten königlich ungarischen Central-

stelle im Sinne des Erlasses des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 28. November 1878, Z. 18.104 nicht gefordert werden kann.

In solchen Fällen, in welchen sich ein Rupturient in der angegebenen Weise über den Verlust der ungarischen Staatsbürgerschaft ausgewiesen hat, werden sich die hierlands mit der Bornahme von Trauungen betrauten Organe behufs Beurtheilung der persönlichen Fähigkeit des Eheverbers zur Eheschließung vielmehr lediglich die Bestimmungen des in der diesseitigen Reichshälfte gültigen Eherechtes gegenwärtig zu halten haben.

Selbstverständlich wird die Beurtheilung der Ehefähigkeit ehemaliger ungarischer Staatsangehöriger, welche eine andere Staatsbürgerschaft nicht erworben haben, nach dem österreichischen Rechte nur dann eintreten, wenn diese Personen hierlands ihren Wohnsitz haben.

78.

Wenn die Entscheidung über die Ungültigkeit einer Ehe von der Lösung der Vorfrage abhängt,

ob ihrer Eingehung ein anderes Eheband entgegenstand, ist auch für dieses frühere Eheband mit der Bestellung eines Vertheidigers in allen Fällen von amtswegen vorzugehen, in welchen der Bestand oder Nichtbestand des vorausgegangenen Ehebandes nicht in einer jeden Zweifel ausschließenden Weise festgestellt ist.

(Aus der Beilage zum Verordnungsblatte des Justizministeriums.)

Mit Note vom 18. April 1893, Z. 3085, ersuchte das k. k. Justizministerium das Präsidium des k. k. obersten Gerichtshofes, in Gemäßheit des § 16 des kaiserlichen Patentes vom 7. August 1850, N.-G.-Bl. Nr. 325, eine Plenarentscheidung über die Frage zu veranlassen, ob in den Fällen, in welchen die Untersuchung der Gültigkeit einer Ehe mit Rücksicht auf den Bestand oder Nichtbestand einer früher geschlossenen Ehe geführt wird, nur für das zweite oder auch für das erste Eheband ein Vertheidiger zu bestellen sei.

Bei der hierüber angeordneten Berathung der angeregten Frage in einem PlenissimarSenate hat der oberste Gerichtshof nach dem ausführlichen Vortrage des bestellten Referenten und nach eingehender Discussion mit Plenissimarbeschluß vom 25. April 1893, Z. 4871, die Eintragung des voranstehenden Rechtsfages in das Judicatenbuch (Nr. 124) beschlossen und dem gefaßten Beschlusse folgende Erwägungen zu Grunde gelegt:

Bei Entscheidungen über die Gültigkeit einer Ehe, deren Bestand aus dem im § 62 allg. bürgerl. Gesezb. angeführten Grunde zweifelhaft ist, wird stets die Beantwortung der Frage, ob die Ehe, um deren Gültigkeit oder Ungültigkeit es sich handelt, mit Rechtswirkung abgeschlossen werden konnte, von der Lösung der Vorfrage abhängen, ob zur Zeit der Eingehung dieser Ehe eine früher abgeschlossene Ehe noch bestanden habe, ob — mit anderen Worten — diese früher abgeschlossene Ehe gültig oder ungültig war und ob im Falle ihrer Gültigkeit die gänzliche Auflösung des Ehebandes, sei es durch den Tod des einen Ehegatten, sei es durch Trennung thatsächlich erfolgt sei, bevor die zweite Ehe geschlossen wurde. Liegen über die Ungültigkeit der früheren Ehe oder über deren Auflösung rechtskräftige Urtheile österreichischer Gerichte vor oder ist die durch den Tod des einen Ehegatten erfolgte Auflösung des ersten Ehebandes mittelst eines legal ausgefertigten Todenscheines außer Zweifel gestellt, wird die Lösung

der Vorfrage keine Schwierigkeiten bieten. Anders stellt sich jedoch die Sache, wenn die Vorfrage nicht in so einfacher Weise zur Lösung gebracht werden kann. In richtiger Erkenntniß der Bedeutung, welche die Lösung der Vorfrage für die Entscheidung über die Giltigkeit der zweiten Ehe notwendigerweise hat, wurden wiederholt bei Einleitung der ämlichen Untersuchung über die Ungiltigkeit einer Ehe Bertheidiger von Amtswegen bestellt sowohl für den Bestand dieser Ehe, als auch für den Bestand der vorausgegangenen Ehe, während in anderen Fällen sich mit der Bestellung eines Bertheidigers für den Bestand jener Ehe begnügt wurde, deren Ungiltigkeit den Gegenstand der Untersuchung zunächst gebildet hat.

So wurde in einem Falle, in welchem die Giltigkeit einer Ehe von der Vorfrage abhing, ob das früher geschlossene Eheband als durch Trennung aufgelöst angesehen werden könne, in erster Instanz für jede der beiden Ehen ein Bertheidiger des Ehebandes bestellt, während in zweiter Instanz die Bestellung des Bertheidigers für die früher abgeschlossene Ehe behoben wurde mit der Begründung, daß bezüglich dieser Ehe weder ein Anhaltspunkt für ein nach § 94 allg. bürgerl. Gesetzb. von amtswegen zu untersuchendes Hinderniß vorliege, noch auch die Giltigkeit dieser Ehe von einer hiezu berechtigten Person angefochten worden sei. Infolge dessen wurde die Unter-

suchung über die Giltigkeit der zweiten Ehe nur unter Intervention des für den Bestand dieser zweiten Ehe bestellten Bertheidigers durchgeführt und ist das die Giltigkeit dieser zweiten Ehe aussprechende Urtheil der ersten Instanz in Rechtskraft erwachsen, da der Bertheidiger des ersten Ehebandes seines Amtes enthoben war und daher von Niemandem die Appellation erhoben werden konnte. Nach den Umständen des Falles war die Annahme der ersten Instanz, daß die erste Ehe als aufgelöst anzusehen sei, vom Standpunkte des österreichischen Rechtes aus keineswegs unanfechtbar und wäre die Intervention eines Bertheidigers für den Bestand der ersten Ehe gerechtfertigt und geboten gewesen, weil die Bestellung eines Bertheidigers des Ehebandes keineswegs auf den Fall eingeschränkt ist, in welchem es sich um die Entscheidung über die Giltigkeit einer Ehe handelt (§ 115 allgem. bürgerl. Gesetzb. und § 17 des Hofdecretes vom 23. August 1819, J.-G.-S. Nr. 1595), weil die Behauptung der Parteien, daß die den Gegenstand der Untersuchung bildende zweite Ehe giltig sei, die Anfechtung des Bestandes der vorausgegangenen Ehe involviert und weil durch die Bestellung eines Bertheidigers für den Bestand der ersten Ehe die Ueberprüfung der ersttrichterlichen Entscheidung im gesetzlichen Instanzenzuge ermöglicht worden wäre.

79.

Concurs - Verkaufbarung.

Die Pfarren Zelezniki, im Decanate Loka, und Weissenfels, im Decanate Radovljica, sind durch Beförderung in Erledigung gekommen und werden hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese zwei Pfarren sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu Laibach zu stylisieren.

Am Collegiat-Capitel in Novo Mesto ist eine Chorherrnstelle, womit die Verpflichtung zur Ausübung der Seelsorge verbunden ist, durch Todfall erledigt worden.

Die Gesuche um diese nun wieder zu besetzende Stelle sind an Seine k. u. k. Apostolische Majestät zu richten.

Peremptorischer Competenztermin 12. Jänner 1894.

80.

Chronik der Diocese.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Johann Mikš auf die Pfarre Planina ob Vipava, am 9. Nov.; Anton Lovšin auf die Pfarre Dóbrova, am 12. Nov.; Josef Novak auf die Pfarre Zalina, am 15. Nov., und Johann Sternad auf die Pfarre Knežak, am 20. Nov. 1893.

Dem Herrn Jakob Mrak, Pfarrer in Zelezniki, wurde die Pfarre Naklo; dem Herrn Michael Arko die Pfarre Sturije; dem Herrn Simon Azman, Pfarrer in Weissenfels, die Pfarre Boh. Bistrica; dem Herrn Johann

Kačar, Pfarrcoop. in Radovljica, die Pfarre Boh. Bela, und dem Herrn Anton Lesjak, Pfarrcoop. in Dobrova, die Pfarre Zelimlje verliehen.

Herr Georg Dernovšek, Pfarrprovisor in Zelimlje, wurde nach Zabnica als Expositus übersegt.

Gestorben ist der hochw. Herr Johann Vovk, Chorherr des Collegiat-Capitels in Novo Mesto, am 18. Nov. 1893. Derselbe wird dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 30. November 1893.